

IOANNES DE TAMBACH DOMINICANVS.



IOannes natione Germanus ordinem fratrum Prædicatorum assumpsit, atq; in eo ob eruditionem anno salutis millesimo trecentesimo sexagesimo, ubique notissimus extitit. Scripsit is opus grande, quod uocauit consolationem Theologicam, in libros quindecim diuisum. deinde de sensibilibus delitijs Paradisi lib. .i. sermonum lib. .i. cum alijs. Itaque suis uigilijs effecit, ut ordo ille apud omnes in magno pretio esset, præsertim cum is suos fratres ad uirtutes & literarum studia uerbo & exemplo adhortaretur. Gest. in Bibliotheca.